

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

17 Vtrum aliquis intellectus creatus possit videre Deum per essentiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVODLIBET. X. ART. XV. XVI. ET XVII.

tione propriae humilitatis, ita dimitaxat ne quae ad authoritatem conseruandam fiunt, in superbiam degenerent, & ne dum nimium seruatur humilitas, regentis frangatur auctoritas, sicut Aug. dicit. Et hac ratione laudabiliter sacerdos in diuino officio pretiosis utitur indumentis ad reuerentiam domini cuitus, & laudabiliter ad huiusmodi propter humilitatem in quibusdam religiosis abstinetur. In eo autem qui est pristina persona, virtuosum est si propter humilitatem abiectionibus indumentis vtaun, etiam quamlibet proprius requirat. Vnde Gre. dicit in Homine, predicta. Si abiectione pretiosi indumenti virtus non esset, euangelista de Iohanne vigilanter non diceret. Erat indutus pilis camelorum. Licitum est autem ut secundum modum propriae personae pretiosis vtratur, sed peccatum est si proprium modum excedat. Et quia pretiosum dicitur relative sicut & magnum, cum id quod est pretiosum vni, non sit alterius pretiosum, pretiositas vestrum semper sonat in excelsum, proprie modo, & si hoc semper est peccatum pretiosis vestibus vti, & sic loquitur Gregorius.

Vnde pater solutio ad primum.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod in alimento & tegumento intelligentur omnia que nobis sunt necessaria, & conuenientia nostri status.

### QVÆSTIO VII.

**D**EINDE queritur de culpa que contrariatur recte fidei.

¶ Et circa hoc queruntur duo.

¶ Primo, Vtrum haereticis sit communicandum.

¶ Secundo, Vtrum redeentes ad Ecclesiam sint recipiendi.

#### ARTICVLVS XV.

Vtrum haereticis sit communicandum.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod haereticis sit communicandum. Dicitur enim Mat. 13, in parabola de zizania, quod patres familias dixit mensibus. Sinite virga crescere usque ad messem; missis autem est consummatio sacra, ut ibidem dicitur, cum ergo per zizania intelligantur haereticis, videtur quod haereticis non sint a communione fiducium separandi ante diem iudicij.

¶ 2. Praet. Videntur contra hoc Domini praceptum, saceres principes haereticos interficienes.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Cor. 6. Exire de medio eorum, & separamini, & loquitur de infidelibus, quod patet ex hoc quod premiserat. Nolite ducere iugum cum infidelibus, ergo haereticis non est communicandum.

**R**ESPON. Dicendum, quod haereticis communicandum non est dupli ratione. Vna est ratione excommunicationis. Nam cum sint excommunicati, non est eis communicandum, sicut nec cum aliis excommunicatis. Alia ratio est hereticis. Primo propter periculum, ne corrum periferiantur alios corrupti, secundum illud 1. ad Cor. 15. Corrupti bonos mores colloquia prava. Secundo etiam ne videamus eorum peruersa doctrinæ aliquem assensum praestare. Vnde in 2. canonica lo. dicitur. Si quis ueniat ad nos, & hanc doctrinam non afferi, nolite eum in domum ducere, nec Aue ei dixeritis; qui enim dicit ei Ave, comunicat operibus eius malignis. Vbi dicit glo. Secundum quod vox est instituta, communione esse ostendit cum illo, alioquin simulatio est, quod in Christianis esse non det. Tertio, ne ex nostra familiaritate alii detur occa-

sio erroris. Vnde ibidem dicit alia glo. Et si vos forte decepti non es sis, alii forsan per talem veltram familiaritatem possint decipi, qui crederent illis placere vobis, & sic crederent illis. Vnde alia glo. ibidem dicit. Tanta Apostoli, atque eorum discipuli in religione cautela vtebantur, ut nec verbi quidem communione cum aliquo eorum, qui a veritate declinaverant, habere paternerentur. Hoc tamen intelligendum est, nisi cum aliquo loqueremur de eius salute.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod in illo pracepto patres familias duplex conditio intelligatur. Vna est exponator praceptum de vniuersali separatione malorum a bonis, & hoc accipitur ex ipsa quoniam mensura qui dicunt. Vis imus, & colligimus ea, hoc non erit vobis ad diem iudicij. Secunda editio est, ut intelligatur praceptum, quod male sine periculo bonorum extirpari non possunt. Et hoc patet ex divisione patris familias, qui dixit. Ne forte colligentes zizania, eradicetis simile cum eis & tritici. Quod quidem tribus modis contingere posset. Vno modo, si aliquis praesideretur antequam de eius malitia constaret, vnde dicit glo. qd in monachis, ne ambigue iudicemus. Secundo, si non esset in malitia obstinatus, vnde nullus excommunicatur nisi propter contumaciam; vnde dicit glo. ibidem. Monachum non circa amputare, quia qui hodie errat, forte cras defendet veritatem. Et Timotheus dicitur. Hereticum hominem post primam & secundam correctionem denita. Tertio, si simile bonum in malo intolleratur, propter quod dicit ibi glo. Aug. quod multitudo non est excommunicanda, nec principes populi illis ante remissos debent mali praescindere, secundum illud 1. Cor. 6. Auferte malum ex vobis.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum.

#### ARTICVLVS XVI.

Vtrum haereticis sedemtis ad Ecclesiam sint recipiendi.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Vt quod haereticis respondeat, si deinde ad Ecclesiam non sint recipiendi, quia peccauerint contra fidem, quae est Ecclesia fundatrix; & ideo in redificatione Ecclesia non debent superadficari, ergo non debent ab Ecclesia recipi.

**S**ED CONTRA est quod Ecclesia nulli debet claudere gremium, sicut Christus qui de se dicit. Eum qui venit ad me, non eiciam foras. Ioan. 6.

**R**ESPON. Dicendum, quod quidam huius vita status durat, homo non potest esse totaliter in peccato obstatu, sed hoc in dñis morte. Erideo quidam in hac vita vivi ut nullus relinquit locus penitentia, & quilibet quatumcumque deliquerit, vel in fide, vel in moribus, est ab Ecclesia recipiens ad penitentiam, & contrarium dicere est haeresi Nouarianorum; sed tamen non est necessarium, quod semper ad dignitatem recipientur, nisi cum aliquibus misericorditer dispensantur, præcepte propter bonum pacis, vel propter suum alium qui inde speratur.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod quidam fundamentum fiduci non haberet, ab Ecclesia recipi non det, sed postquam conuersus incipit habere, recipiendus est.

#### QVÆSTIO VIII.

#### ARTICVLVS XVII.

Vtrum aliquis intellectus creatus posse videre Deum per essentiam.

**D**EINDE queritur de hoc quod pertinet ad gloriam, sive visione Dei in patria, vtrum aliquis intellectus creatus posset videre Deum per essentiam, & vnde quod non. Intellectus ad intelligibile est aliqua proportione; sed intellectus creatus ad diuinam essentiam nulla

## QVODLIBET. XI. ART. I.

70

nulla est proportio, quod distet in infinitum. ergo intellectus creatus diuinam essentiam videre non potest. ¶ 2 Præt. Plus distat spiritus increatus ab intellectu creato, quam spiritus creatus a sensu: sed sensus non potest cognoscere spiritum creatum. ergo nec intellectus creatus spiritum increatum.

SED CONTRA est, Exo. 33, sup illud. Non videbit me homo, & viuet, dicit gl. Gregorij. Fure nonnulli qd Dei dicerebant et illa regione dissimilitudinis in claritate sua cōspici, sed in natura minime videri, quos nimis minor in questionis subtilitas fecellit. Neq; n; illi simplici & incommutabili essentia aliud est claritas, aliud est natura, sed ipsa ei natura claritas, ipsa claritas natura est, ita essentia Dei videbitur a beatis.

RESPON. Dicendum, qd necesse est ponere diuinam essentiam videri a beatis. Beato n; est ultima perfectione rationalis nature. Nihil autem est finaliter pfectum, nisi attingat ad suum principium secundum modum suum: quod ideo dico, quia ad principium, qd est Deus, attingit aliquid dupliciter. Vno modo, per similitudinem quod est cōmē omni creatura, quae tantum habet de perfectione, quantum cōsequitur de divina similitudine. Alio modo, per operationem ut prætermittat ille modus qui est Christo singularis, in unitate persona. Dico autem per operationem, in quantum rationalis creatura cognoscit & amat Deum: & quia anima immediate facta est a Deo, ideo beata esse non poterit, nisi immediate videat Deum. s; absq; medio, quod sit similitudo rei cognitæ, sicut species visibilis in pupilla, vel in speculo, non autem absq; medio, quod est lumen confortans intellectum, quod est lumen gloriae, de quo in Psal. 35, dicitur. In lumine tuo videbimus lumen: hoc autem est per essentiam Deum videre. Vnde in hoc ponimus beatitudinem rationalis creature, quod Deum per essentiam videbit: sicut philosophi, qui posuerunt animas nostras fluere ab intelligentia agente, posuerunt ultimam felicitatem hominis in continuacionem intellectus nostri ad ipsam.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd proportio dupliciter dicitur. Vno modo propriæ, sicut qd importat quædam determinatum excessum, & sic proportio requiritur inter intellectum & intelligibilem ad hoc, qd sit cognitione cū cōprehensione, qualiter diuina essentia numerum videbit ab intellectu creato. Alio modo dicitur pro qualibet habitudine, & sic infinitum potest proportionem ad finitum, si sit perfectio eius, vel aliquam huius habitudinem habeat ad ipsum, & talis proportio sufficit ad hoc quod intellectus noster videat diuinam essentiam attingendo, non comprehendendo.

AD SECUNDUM dicendum, qd obiectio illa pedit de distatâ secundum proprietatem naturæ, non solù secundum rationem cognitionis. Nam spiritus creatus non est sensibilis, sed spiritus increatus est intelligibilis.

Finit quodlibet decimum.

## INCIPIT QVODLIBET VNDECIMVM.

### QUESTIO PRIMA.

#### ARTICULUS I.

Vtrum solius Dei sit proprium esse ubique.

VAESITVM fuit de Deo, de angelis, & hominibus. De Deo vero quæsumus fuit de immensitate ipsius, de cognitione eius, & de prædestinatione. Circa immensitatem vero Dei

quæsumus fuit, utrum solius Dei sit proprium esse ubique. Ostendebatur qd non. Numerus n; est in rebus numeratis: sed cōstat qd omnes partes uniuersi sunt numeratae, ergo numerus est in omnibus partibus uniuersi, & sic videretur quod sit ubique. non est ergo solius Dei proprium esse ubique.

¶ 2 Præt. Uniuersale est quod est ubique & semper: sed uniuersale non est hoc quod Deus. ergo non est proprium solius Dei esse ubique & semper.

¶ 3 Præt. Substantia spiritualis excedit corporalem: sed hoc qd est ubique, pertinet ad substantiam corporalem, quia in solis corporalibus est proprie assignare locum. ergo multo magis esse ubique, pertinet ad substantias spiritualis, & sic vñ qd non sit solius Dei proprium.

¶ 4 Præt. Ad commendationem terreni regis prius qd possit gubernare et in absentia sua regnare: sed Deus est commendabilior omni rege. ergo vñ qd est copratib; ad suam commendationem qd gubernet totum mundum, vel alias partes in absentia sua per prouidentiam, & sic non vñ qd sit solius Dei proprium.

¶ 5 Præt. Constat qd quædam dicuntur Deo esse propria, & quædam remota, & quanto magis sunt remota, tanto magis sunt corruptib;: non aut possent dici aliqua propria, & aliqua remota si Deus est ubique. ergo videretur quod Deus non sit ubique.

¶ 6 Præt. Dato qd tota machina mundialis esset unus corpus continuus, constat qd illud corpus esset ubique, non ergo est solius Dei proprium esse ubique.

CONTRA. Ambr. probat Spiritum sanctum esse Deum, qd est ubique: sed si est ubique, non esset solius Dei proprium, ratio sua non valeret. cum ergo ratione valeat, videretur qd sit solius Dei proprium esse ubique.

RESPON. Dicendum, qd spiritualia dicuntur esse in loco, non quidem per contactum magnitudinis, sed virtutis, & ideo non ratione uitius cuiuslibet rei spiritualis oportet nos loqui de loco in quo est. Virtus autem Dei est infinita, qd quide infinitas appareat quantum ad duo. Primo, quia non solum excedit creaturas, quae sunt, fuerunt, & erunt, sed est oportet quae possunt imaginari. ergo Deus non solum est in illis quae sunt, fuerunt, & erunt, sed est in illis quae possunt imaginari esse. Secundo, quia virtus Dei simul & semel in omnibus operatur, & in singulis non proprium modum rerum, & iō est ubique, propriæ acceptū, soli Deo cōpetit: alios autem resibus cōpetit esse ubique, improprie. Vnde distinguuntur modus quo Deus est ubique, & quo aliae res quibus aliquo modo cōpetit esse ubique. Nam ratione dicuntur esse ubique, quia sunt tamen in his quae sunt, & praesentia sunt: Deus autem non solum in his quae sunt, sed est et in imaginatis, & in præteritis, & futuris.

¶ 1 Itē. Alia res non sunt ubique, sicut in loco uno, sed sicut in diversis locis: sed Deus ita est ubique, qd est in qualibet & in toto, qd eius virtus habet efficaciam non solum in id quod est cōmē uniuerso, sed est in id quod est proprium uniuersi, rei particulari, & ideo est in omnibus sicut in uno loco, & sicut in pluribus, qd est proprie esse ubique. Vnde cum hoc modo solus Deus sit ubique, solius Dei est proprium esse ubique.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod numerus non est in rebus numeratis sicut in loco, sed sicut accidens in subiecto.

¶ 2 Præt. Vnus numerus, licet sit in omnibus ratione sicut unica essentia, non tamen est in qualibet parte, quia non qualibet pars numeratur eodem numero. Item. Numerus non est omnino unus, sed multitudo quædam: Deus autem est in rebus per uitatem suam, & in singulis operatur, ut dictum est.

AD